

Psalms 48.

Cœli enarrant glóriam Dei, * et ópera mánuum ejus annúntiát firmaméntum.

Dies diçi erúctat verbum, * et nox nocti indicat sciéntiam.

Non sunt loquela, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum: * et in fines orbis terræ verba eórum. In sole pósuit tabernáculum suum: * et ipse tanquam sponsus procedens de thálamo suo:

Exultávit ut gigas ad curréndam viam, * a summo celo egressio ejus:

Et occúrsum ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Dómini immaculata, convertens ánimas: * testimónium Dómini fídele, sapiéntiam præstans párvulis.

Iustítia Dómini recta, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans oculos.

Timor Dómini sanctus, permanens in sæculum sæculi: * júdicia Dómini vera, justificata in semet-ípsa.

Desiderabilia super aurum et lápidem pretíosum multum: * et dulcióra super mel et favum.

Plenim servus tuus cu-

stódit ea, * in custodiéndis illis retribútio multa. Delicta quis intelligit? ab occulis meis munda me: * et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fuerint domínati, tunc immaculatus ero: * et emundabor a delicto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei: * et meditatio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus, * et redemptor meus.

Añá. Sicut myrrha electa odórem dedisti suavitatis sancta Dei Génitrix.

Añá. Ante torum * hujus virginis frequentate nobis dulcía cántica dramatis.

Psalms 55.

DOMINI est terra, et pleinitúdo ejus, * orbis terrarum, et univérsti qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * et super flúmina preparávit eum.

Quis ascendet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mámbus, et meo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accépiit benedictiónem a Dómino: * et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generatio queréntium eum, * queréntium faciém Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles: * et introibit Rex glória.

Quis est iste Rex glória? * Dóminus fortis et potens: Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles: * et introibit Rex glória.

Quis est iste Rex glória? * Dóminus virtutum ipse est Rex glória.

Añá. Ante torum hujus Virginis frequentate nobis dulcía cántica dramatis.

Añá. Spécie tua, et pulchritudine tua. **Añá.** Inténde, prospere procede, et regna. De Parabolis Salomónis.

Lectio 1. Cap. 8. b et 9.

Ego sapiéntia hábito in consilio, et eruditus intérsim cogitátionibus. Timor Dómini odit malum, arrogantiam, et superbiam, et viam pravam, et os bilingue detestor.

Meum est consilium et æquitas, mea est prudéntia, mea est fortitúdo. Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt. Per me príncipes imperant, et poténtes decernunt justítiam. Ego ancillam húmílem respéxit Deus. Et.

Lectio 2.

BEATUS homo qui audit me, et qui vigilat ante fores meas quotídie, et qui servat ad postes ostii mei. Quia quæram oculi capere

non poterant, tuo grémio contulisti. **Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Quia.**

Lectio 3.

Mœcum sunt divítia, et glória, opes superbæ et justítia. Melior est enim fructus meus auro, et lapide pretíoso, et gemina mea argento electo.

In viis justítie ambulato, in medio semitarum judicii, ut ditem diligéntes me, et thesauros eorum répleam. Dóminus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.

Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram, necdum fontes aquarum erant: necdum montes gravi mole constiterant, ante colles ego parturiebar.

Añá. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dóminum, quia cum essem parvula, placui Altíssimo: * Et de meis visceribus genui Deum et hóminem.

B. Beátam me dicent omnes generatiónes, respéxerunt justítiam. Ego ancillam húmílem respéxit Deus. Et.

Lectio 4.

BEATUS homo qui audit me, et qui vigilat ante fores meas quotídie, et qui servat ad postes ostii mei. Quia quæram oculi capere

qui me invénient, invéniet

vitam, et habriet salutem a Domino: qui autem in me peccaverit, laedet animam suam. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. Sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem. Immolavit victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam. Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, et ad moenia civitatis. Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis.

¶ Beata es virgo Maria, quae Dominum portasti Creatorem mundi: ¶ Genuisti qui te fecit, et in aeternum permanes virgo. ¶ Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum. Genuisti qui. Gloria Patri. Genuisti.

In secundo Nocturno.
Añ. Specie tua, * et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna.

Psalmus 41.

FRUCTAVIT COR MEUM
verbum bonum: * dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribae, * velociter scribens.

Speciosus forma praefilius hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: * propterea benedixit te Deus in aeternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime.

Specie tua et pulchritudine tua * intende, prospere procede, et regna.

Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: * et dedit te mirabiliter dextera tua.

Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent: * in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in saeculum saeculi: * virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: * propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae praecursoribus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis: * ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo.

Asiit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: * circumdata varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam: * et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet Rex decorem tuum: * quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiae Tyri in maneribus * vultum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiae Regis ab intus, * in fimbriis adreis circumamicta varietatibus.

Adducunt Regi virgines post eam: * proxima ejus afferent tibi.
Afferentur in laetitia et exultatione: * adducuntur in templum Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, * constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui: * in omni generatione et generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum: * et in saeculum saeculi.

Añ. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna.

Añ. Adjuvabit eam * Deus vultu suo: Deus in medio ejus, non commovebitur.

Psalmus 45.

DEUS noster refugium, et virtus: * adjutor in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: * et transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatae sunt aquae eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

In luminis impetus laetificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatae sunt Gentes, et inclinatae sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terrae.

Arcum conteret, et confringet arma: * et scuta comburent igni.

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Añ. Adjuvabit eam Deus vultu suo: Deus in medio ejus, non commovebitur.

Añ. Sicut laetantur * omnium nostrum habitatio est in te, sancta Dei Genitrix.

Psalmus 86.

FUNDAMENTA ejus in montibus sanctis: * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memoro ero Rahab, et Babylonis * scientiam me.

Ece alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopum, * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicit: Homo, et homo natus est

in ea, * et ipse fundavit eam Altissimus ?

Dominus narrabit in scripturis populorum, et principum : * horum, qui fuerunt in ea.

Sicut latantium omnium * habitatio est in te.

Añ. Sicut latantium omnium nostrum habitatio est in te, sancta Dei Genitrix.

¶ Adjuvabit eam Deus vultu suo. **¶** Deus in medio ejus, non commovebitur.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Lectio iv.

Apud Metaphrasten.

Dei Filius non divitem, aut locupletem aliquam feminam sibi matrem elegit, sed beatam Virginem illam, cujus anima virtutibus ornata erat. Cum enim beata Maria supra omnem humanam naturam castitatem servaret, propterea Christum Dominum in ventre concepit. Ad hanc igitur sanctissimam Virginem et Dei Matrem accurrentes, ejus patrociniis utilitatem assequamur. Itaque quœcumque estis virgines, ad Matrem Domini confugite. Illa enim pulcherrimam, pretiosissimam, et incorruptibilem possessionem patrociniis suis vobis conservabit.

¶ Sicut cedrus exaltata

sum in Libano, et sicut cypressus in monte Sion: quasi myrrha electa, * Bedi suavitatem odoris. **¶** Et sicut cinnamomum et balsamum aromatizans. Bedi suavitatem.

Lectio v.

Magnam revera miraculum, fratres dilectissimi, fuit beata semper virgo Maria. Quid namque illa majus aut illustrius ullo umquam tempore inventum est, seu aliquando inventi poterit? Hæc sola eorum ac terram amplitudine superavit. Quidnam illa sanctius? Non Prophetae, non Apostoli, non Martyres, non Patriarchæ, non Angeli, non Throni, non Dominationes, non Seraphim, non Cherubim: non denique aliud quidpiam inter creatas res visibiles aut invisibiles, majus aut excellentius inventi potest. Eadem ancilla Dei est et mater: eadem virgo et genitrix.

¶ Quæ est ista, quæ processit sicut sol, et formosa tamquam Jerusalem? * Viderunt eam filii Sion, et beatam dixerunt, et Regiæ laudaverunt eam. **¶** Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, et lilia convallium. Viderunt.

Lectio vj.

Hæc ejus mater est, qui a Patre ante omne

In tertio Nocturno.

Añ. Gaude Maria virgo, * cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.

Psalmus 95.

Cantate Domino canti cum novum: * cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, et benedicite nomini ejus: * annuntiate de die in diem salutem ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis: * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium demonia: * Dominus autem celos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus: * sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriam gentium, afferite Domino gloriam et honorem: * afferite Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus: * adorato Dominum in atriis sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra: * dicite in gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim corripit orbem terræ, qui non commove-

principium genitus fuit, quem Angeli et homines agnoscunt Dominum rerum omnium. Visne cognoscere quanto virgo hæc præstantior sit cœlestibus Potentiis? Illa cum timore et tremore assistunt, faciem velantes suam: hæc humanum genus illi offert, quem genuit. Per hanc et peccatorum veniam consequimur. Ave igitur mater, cœlum, puella, virgo, thronus, Ecclesiæ nostræ decus, gloria et firmamentum, assidue pro nobis precare Jesum Filium tuum, et Dominum nostrum: ut per te misericordiam invenire in die judicii, et quæ repêstia sunt his, qui diligunt Deum, bona consequi possimus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi: cum quo Patri simul et sancto Spiritui gloria et honor, et imperium nunc et semper in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Ornata montibus filiam Jerusalem Dominus concupivit: * Et videntes eam filia Sion beatissimam prædicaverunt, dicentes: * Unguentum effusum nomen tuum. **¶** Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et videntes gloria Patri. Unguentum.

vébitur : * judicabit pópulos in æquitate.

et ætérnet cœli, et exultet terra, commoveatur mare, et plenitúdo ejus : * gaudébunt campi, et ómnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia lígna silvárum a fácie Dñi, quia venit : * quóniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * et pópulos in veritate sua.

Ana. Gaude María virgo, cunctas hæreses sola interemisti in univérso mundo.

Ana. Dignare me * laudare te, Virgo sacrata : da mihi virtutem contra hostes tuos.

Psalmus 98.

Dominus regnavit, exultet terra : * læténtur insulæ multa.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxérunt sígura ejus orbi terræ : * vidit, et commota est terra.

Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini : * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli justitiam ejus : * et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adoránt sculptilia : * et

qui gloriántur in simulacris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exultavérunt filię Judæ, * propter judícia tua Dómine :

Quóniam tu Dóminus altissimus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odite malum : * custodit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætámini justi in Dño : * et confitémini memória sanctificatiónis ejus.

Ana. Dignare me laudare te, Virgo sacrata : da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ana. Post partum * Virgo inviolata permansisti, Dei Génitrix intercede pro nobis.

In Adv. et in Festo Annunt. **A**na. Angelus Dñi, * nuntiavit Mariæ, et concepit de Spíritu sancto.

Psalmus 97.

Cantate Dómino canticum novum : * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus, * et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutare suum : * in conspectu Géntium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericórdia suæ, * et veritatis suæ dómini Israel.

Vidérunt omnes términi terræ * salutare Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra : * cantate, et exultate, et psállite.

Psállite Dño in cithara, in cithara et voce psalmi : * in tubis ductilibus, et voce tubæ córnea.

Jubiláte in conspectu Regis Dómini : * moveátur mare, et plenitúdo ejus : orbis terrarum, et qui habitant in eo.

Lúmina plaudent manu, simul montes exultábunt a conspectu Dómini : * quóniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * et pópulos in æquitate.

Ana. Post partum Virgo inviolata permansisti, Dei Génitrix intercede pro nobis.

In Adv. et in Festo Annunt. **A**na. Angelus Dómini nuntiavit Mariæ, et concepit de Spíritu sancto.

Elégit eam Deus, et præelegit eam. **Q**uia ex te ortus est sol justitie, Christus Deus noster.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 11. d

In illo tempore : Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi :

Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua. Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. cap. 49. in Luc. 11.

Magis devotiois et fidei hæc mulier ostendit, quæ Scribis et Phariseis Dóminum tentantibus, simul et blasphemantibus, tanta ejus incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, ut et præsentium peccatorum calumniam, et futurorum confundat hæreticorum perfidiam. Nam sicut tunc Judæi, sancti Spiritus ópera blasphemando, verum consubstantialémque Patri Dei Filium negabant : sic hæretici postea negando, Mariam semper virginem, sancti Spiritus operante virtute, nascituro cum humanis membris Unigenito Dei, carnis suæ materiam ministrasse, verum consubstantialémque patri filium hominis fateri non debere dixerunt.

Quia ex te ortus est sol justitie, Christus Deus noster.

Ora pro pópulo, intéveni pro clero, intécede pro devoto femine sexu :

sentiánt omnes tuum justitiam, quicúmque celebrant tuam sanctam Festivitatem. Quia ex te ortus.

Benedictio. Cujus festum cōlimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio iijj.

SED si caro Verbi Dei scētūndum carnem nascēntis a carne Virginis matris pronuntiatur extranea, sine causa venter qui eam portasset, ūbera quæ lactassent, beatificāntur. Dicit autem Apōstolus: Quia misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque audiēdi sunt qui legēndum putant: Natum ex muliere, factum sub lege: sed, factum ex muliere, quia concēptus ex ūtero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed matrēna traxit ex carne: aliōquin nec vere Filius hōminis dicerētur, qui originem non haberet ex hōmine. Et nos igitur his contra Eūtychen dictis, extollamus vocem cum Ecclēsia cathōlica, cujus hęc mulier typum gessit, extollamus et mentem de mēdio turbārum, dicamūsq; Salvatori: Beatus venter qui te portavit et ūbera, quæ suxisti. Vere enim beata parens, quæ, sicut quidam ait: Enixa est puerpera Regem, qui cœlum terrāque tenet per sæcula. **¶** Beātam me dicent omnes generatiōes: * Quia fecit mihi Dōminus magna qui potens est, et

sanctum nomen ejus. **¶** Et misericōrdia ejus a progēnie in progēntes timētibus eum. Quia fecit. Glōria Patri. Quia fecit.

Lectio ix.

QUINIMMO beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt. Pulchre Salvator attestatiōni mulieris annuit, non eam tantūmodo quæ Verbum Dei corporāliter generāre meruerat, sed et omnes qui idem Verbum spiritaliter auditu fidei concēpere, et boni operis custodia vel in suo vel in proximorum corde pātere, et quasi ālere studuerint, assevērans esse beātos: quia et eadem Dei Gēnitrix: et inde quidem beāta, quia Verbi incarnāndi ministra facta est temporalis: sed inde multo beātor, quia ejusdem semper amāndi custos manebat aeterna.

Te Deum laudamus. 17.

AD LA UDES,

et per Horas, **Aua.**

1. Dum esset Rex * in accūbitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. **Psalm.** Dōminus regnāvit, cum reliq; de **Dnica.** 48.

2. Lava ejus * sub cāpite meo, et dextera illius amplexabitur me.

3. Nigra sum, * sed formosa, filia Jerusalem: ideo dilēxit me Rex, et

introdūxit me in cubiculum suum.

4. Jam hiems trāsiit, * imber abiit et recessit: surge amica mea, et veni.
5. Speciosa * facta es et suavis in delictis tuis, sancta Dei Gēnitrix.

Capitulum. Eccli. 21. b

Ala creata sum, et usque ad futurum sæculum non desinam, et in habitatiōne sancta coram ipso ministravi.

Hymnus.

O gloriosa virginum, Sublimis inter sidera, Qui te creavit, p̄rvulum Lactēte nutris ūbere. Quod Heva tristis abstulit,

Tu reddis almo gērmine: Intrent ut astra flēbiles, Coli recludis cārdenes.

Tu Regis alii janua, Et aula lucis fūlgida: Vitam datam per Virginem Gentes redēptas plaudite.

Jesu, tibi sit glōria, Qui natus es de Virgine, Cum Patre, et almo Spiritu In sempiterna sæcula, Amen.

¶ Diffusa est grātia in labiis tuis. **¶** Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Benedictus, Aua.

Beata es Maria, quæ crediti, perficiuntur in te, quæ dicta sunt tibi a Dōmino, allelūia.

Oratio.

CONGEDE nos famulos tuos, quossumus Dñe Deus, perpētua mentis et cōrporis sanitāte gaudere: et gloriosa beatae Mariæ semper virginis intercessiōne, a præsenti liberārī tristitia, et aeterna p̄rfuii lætitia. Per Dōminum.

Ad Primam, Aua. 7.
Qui natus es de Maria virgine.

Ad Tertiam, Aua. Lava ejus. **Capit.** Ab initio, **sup.**

¶ br. Spēcie tua, * Et pulchritūdine tua. Spēcie tua. **¶** Intēde, prospere procedē, et regna. Et pulchritūdine. Glōria Patri. Spēcie tua. **¶** Adjuvabit eam Deus vultu suo. **¶** Deus in mēdio ejus, non commovebitur.

Ad Sextam, Aua.

Nigra sum.

Capitulum. Eccli. 21. b
Ert sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in p̄pulo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea.

¶ br. Adjuvabit eam, * Deus vultu suo. Adjuvabit. **¶** Deus in mēdio ejus, non commovebitur. Deus. Glōria Patri. Adjuvabit. **¶** Elegit eam Deus, et praelēgit eam. **¶** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Añã.
Speciosa.

Capitulum. *Eclii. 24.*
In platéis sicut cinnamó-
mum, et balsamum
aromatizans odorem dedi:
quasi myrrha electa dedi
suavitatem odoris.

R. br. Elegit eam Deus,
* Et prælegit eam. Elegit.
* In tabernáculo suo
habitare facit eam. Et
prælegit. Glória Patri.
Elegit. * Diffusa est grã-
tia in labiis tuis. *R.* Propterea
benedixit te Deus in ætérnum.

In ij. Vesperis omnia
dicuntur ut in primis.
* Dignare me laudare
te, Virgo sacrata. *R.* Da
mihi virtutem contra hos-
tes tuos.

Ad Magnificat. Añã.
Beatam me dicent omnes
generaciones, quia ancilla
humilem respexit Deus.

OFFICIUM

Beate Mariæ in Sabbato.
Omnibus Sabbatis per
Annum, præterquam in
Adventu, Quadrag., Qua-
tuor Temp., et Vigilis,
et nisi Officium fieri de-
beat de Feria, propter
Officium alicujus Domini-
ci infra Heb. ponendum,
ut dicitur in Rubrica de
Dominicis, ac nisi Festum
novem Lectionum occur-
rat, si Offic. de S. Mariã,
modo infrascripto.

In Vesperis Feriã vij. di-
cuntur Psalmi feriales in

Psalterio positi, nisi fue-
rit Festum novem Lectio-
num: quia tunc de S. Mariã
fit tantum commemor. in
dictis Vesp. cum Añã.
* et Oratione, ut infra.
qua commemor. omittitur,
quando Feria sexta occur-
rit. Festum Purific., vel
aliud ejusd. B. M. Officium.
Capitulum et Hymnus
ut in Festis B. M. cxi.

* Diffusa est grãtia in
labiis tuis. *R.* Propterea
benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat. Añã.
Beata Mater * et intacta
Virgo, gloriosa Regina
mundi, intercede pro no-
bis ad Dóminum.
* Dóminus vobiscum. *R.*
Et cum spiritu tuo.

Oratio.

CONGEDE nos famulos
tuos, quassumus Dó-
mine Deus, perpétua men-
tis et corpóris sanitãte
gaudere: et gloriósa beã-
tæ Mariæ semper virginis
intercessióne, a præsentí
liberãri tristitia, et ætérna
perfrui lætítia. Per Dómi-
num.

* Post Nativitatẽm na-
que ad Purificacionem.

Ad Magnificat. Añã.
Magnum * hereditãtis
mysterium: templum Dei
factus est úterus nescien-
tis virum: non est pollú-
tus ex ea carnem assu-
mens: omnes Gentes vé-
nient dicentes, Glória tibi
Dómine.

Oratio.

DEUS, qui salutis ætér-
næ, beate Mariæ vir-
ginitate fecunda, huma-
no generi præmia præ-
stitisti: tribue, quas u-
mus; ut ipsam pro nobis
intercedere sentiamus,
per quam meritis au-
ctorem vitæ suscipere,
Dóminum nostrum Jesum
Christum Filium tuum.
Qui tecum vivit.

Post Oracionem sumi
commemoraciones con-
suetæ de Apostolis, et de
Pace, ut 154.

Si autem occurrat. Fe-
stum Simplex, de eo fit
commemoratio ante ipsa
suffragia.

Completor, ut in Psalt.
Et in fine Hymni, Te lu-
cis ante terminum, dicitur,
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Virgine,
etiam si in Vesperis facta
sit tantum commemor. de
B. Mariã, nisi Hymni il-
lius Festi, quod Feria sexta
celebratum est, aliter
concludendi sint, ut in
Transfiguratione Domini.

Ad Matutinum, Invitat.
Ave Mariã, grãtia plena,
* Dóminus tecum. Psalm.
Venite exultemus, 2.

Hymnus, quem terra,
ut in Festis B. M. cxlj.

Nocturnum Sabbati ut
in Psalt. 114. Et in fine.
Diffusa est grãtia in labiis
tuis. *R.* Propterea benedi-
xit te Deus in ætérnum.
Pater noster.

Absolutio.

Precius et méritis beate
Mariæ semper virginis,
et ómnium Sanctórum,
perducat nos Dóminus ad
regna cælórum. *R.* Amen.
R. Jube domne benedi-
cere.

Pro prima Lectione.
Benedictio. Nos cum pro-
le pia benedict virgo Ma-
riã. *R.* Amen.

Prima, due Lectiones
de Scriptura libri curren-
tis: tertia, una ex inte-
rius positis per ordinem
ut cliv.

R. j. Sancta et immacu-
lata virginitas, quibus te
laudibus efferam, nescio:
* Quia quem cæli capere
non poterant, tuo gremio
contulisti. *Benedicta tu*
in mulieribus, et benedi-
ctus fructus ventris tui.
Quia quem.

Pro secunda Lectione.
Benedictio. Ipsa Virgo vir-
ginum intercedat pro no-
bis ad Dóminum. *R.*
Amen.

R. ij. Felix namque es
sacra virgo Maria, et
omni laude dignissima:
* Quia ex te ortus est sol
justitiæ, * Christus Deus
noster. *R.* Ora pro pópulo,
intéveni pro clero, inter-
cede pro devoto femineo
sexu: sentiant omnes tuí
juvãmen, quicumque cé-
lebrant tuam sanctam
commemoracionem. Quia
ex te, Glória Patri. Chri-
stus.

Pro tertia Lect., Bened. Per Virginem matrem concedat nobis Dominus salutem et pacem. Amen.

Post tertiam Lectionem dicitur Te Deum, 17.

Ad Laudes, et per Horas, omnia ut in Festis beatæ Mariæ, cl. præter sequentia.

Ad Laudes, 7. Benedicta tu in mulieribus. Et benedictus fructus ventris tui.

Ad Benedictus, Añã. Beata Dei Génitrix Maria, * Virgo perpétua, templum Dómini, sacrarium Spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti Dómino nostro Jesu Christo: ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femine sexu.

¶ Sed post Nativitatem usque ad Purificationem, Añã ad Laudes et per Horas, Añã ad Benedictus, et Oratio, dicuntur ut in Officio parvo B. M. post Nativitatem, infra, clxiv.

Ad Vesperas, Añã, et Psalmi feriales: Capit. et reliqua omnia, si non occurrat Festum Duplex, de Dominica. In fine commemorationes consuetae, ut in Psalt. 154.

Lectiones sequentes dicuntur singulis mensibus in Officio beatæ Mariæ in Sabbato, ordine subscripto.

MENSE JANUARIO.

De Epístola sancti Ambrosii Episcopi ad Siricum Papam.

Lectio iij.

Epist. 81. al. 7. post init.

Dantur dicere: Virgo concepit, sed non virgo generavit. Póuit ergo virgo concipere, non póuit virgo generare, cum semper conceptus præcedat, partus sequatur? Sed si doctrinis non creditur sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur mónitis Angelorum dicentium: Quia non est impossibile Deo omne verbum. Credatur Symbolo Apostolorum, quod Ecclesia Romána intemeratam semper custodit et servat. Audivit Mariã vocem Angeli, et quæ ante dixerat: Quomodo fiet istud? non de fide generationis interrogans, respondit postea: Ecce ancilla Dómini, contingat mihi secundum verbum tuum.

Te Deum laudamus. 17.

MENSE FEBRUARIO.

Ex libro sancti Hieronymi Presbyteri adversus Jovinianum.

Lectio iij.

Ex Apol. ad Pammach. pro lib. adv. Jov. in fine.

Carnatus virgo, mater virginis nostri virgo perpétua, mater et virgo.

Jesus enim clausis ingressus est ostiis; et in sepulchro ejus, quod novum et in petra durissima fuerat excisum, nec antea quis, nec postea positus est. Hortus conclusus, sponsus signatus: de quo fonte ille fluvius manat: juxta Joel, qui irrigat torrentem vel fœnum, vel spinarum: fœnum, peccatorum, quibus ante alligabamur; spinarum, quæ suffocant semen patrisfamilias. Hæc est porta orientalis, ut ait Ezechiel, semper clausa, et lucida, operiens in se, vel ex se præferens Sancta sanctorum: per quam sol justitiæ et Póntifex noster secundum ordinem Melchisedech ingreditur, et egreditur.

Te Deum laudamus. 17.

MENSE MARTIO.

Ante Quadragesimam. Ex libro sancti Irenæi Episcopi et Martyris adversus hæreses.

Lectio iij.

Lib. 5. cap. 19.

In sua ipsa veniente Dómino, et sua propria cum bajulante conditione, quæ bajulatur ab ipso, et recapitulationem ejus quæ in ligno fuit inobediëntiæ, per eam quæ in ligno est, obediëntiam faciente, et seductione illa soluta, quæ seducta est male illa, quæ jam viro destinata erat

virgo Heva, per veritatem evangelizata est bene ab Angelo jam sub viro virgo Maria. Quemadmodum enim illa per angelicum sermonem seducta est, ut effugeret Deum, prævaricata verbum ejus: ita et hæc per angelicum sermonem evangelizata est, ut portaret Deum, obediens ejus verbo. Et sicut illa seducta est, ut effugeret Deum, sic hæc suasa est obedire Deo, ut virginis Hevæ virgo Mariã fieret advocata. Et quemadmodum astrictum est morte genus humanum per virginem, solvatur per virginem: aqua lance disposita virginâ inobediëntia per virginalem obediëntiam.

Te Deum laudamus. 17.

OFFICIUM PARVUM.

Beatæ Mariæ non dicitur, quando fit Officium novem Lectionum, nec in Vigilia Nativitatis Domini, nec in Sabbatis, quando fit Officium de sancta Maria. Quibus diebus omittitur a primis Vesperis, et in Vigilia Nativitatis a Matutino. Cum dicitur in Choro, in Matutinis, et in Vesperis præponitur Officium diei, in aliis Horis postponitur. Prima dicitur post Benedicamus Dómino, antequam legatur Martyrologium. Extra Chorum potest dici pro temporis opportunitate.

OFFICIUM B. MARIE.
Extra Adventum.

Ad Vesperas, Ave Maria, secreto, quæ dicitur semper in principio omnium Horarum B. Mariæ, quando non conjunguntur cum Offic. diei 9.

DEUS in adiutorium meum intende. R. Dne ad adiuvandum me festina. Gloria Patri. Sicut erat. Alleluia.

Añæ, Psalmi, Capit. et Hymnus, ut in Festis B. Mariæ. cxxxviii.

Diffusa est grãtia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in æternũ.

Ad Magnificat, Añæ.

Beata Mater, * et intacta Virgo, gloriosa Regina mundi, intercede pro nobis ad Dñm. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Dñm vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio. Concède nos famulos tuos, ut elij.

Sequens commem. pro Sanctis fit tantum ad Vesperas, et Laudes in Officio S. Mariæ extra Adv.

Añæ. Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra, omniumque salute. Latamini in Dño, et exultate iusti. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

PROTEGE, Dñmine, populum tuum, et Apostolorum tuorum Petri et

Pauli, et aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpetua defensione conserva.

OMNES Sancti tui, quæsumus Dñmine, nos ubique adjuvent: ut dum eorum mèrita recõlumus, patrocinia sentiamus: et pacem tuam nostris concede temporibus, et ab Ecclsia tua cunctam repelle nequitiã: iter, actus, et voluntates nostras, et omnium famulorum tuorum, in salutis tuæ prosperitate dispõne: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: et omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per Dñm.

AD COMPLETORIUM.

Ave Maria, ut supra.

CONVERTE nos Deus salutaris noster. R. Et averte iram tuam a nobis. Deus in adiutorium. Gloria Patri. Sicut erat. Alleluia.

Psalmi. Sæpe expugnaverunt me. De profundis et Dñmine non est exaltatum, ut in Vesp. Ter. iv. 142.

Hymnus.

MEMENTO, ferum Conditor,

Nostrum quod olim corporis, Sacrata ab alvo Virginis Nascendo, formam sumpseris

Maria Mater gratiæ, Dulcis Parens clementiæ, Tu nos ab hoste protege, Et mortis hora suscipe.

lesu, tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine, Cum Patre, et almo Spiritu, In sempiterna sæcula, Amen.

Capitulum, Eccl. 24. c.

Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitõnis, et sanctæ spei. Deo gratias. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Nunc dimittis, Añæ.

Sub tuum præsidium * confugimus, sancta Dei Genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Dñm vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

BEATE et gloriosæ semper virginis Mariæ, quæsumus Dñmine, intercessio gloriosa nos protegat, et ad vitam perducat æternam. Per Dñm.

AD MATUTINUM.

Ave Maria, ut supra.

DOMINE labia mea aperies. Et os meum annuntiabit laudem tuam. Deus in adiutorium. Gloria Patri. Sicut erat. Alleluia.

Invitiat. Ave Maria, grãtia plena * Dñm tecum. Psalm. Venite, 2.

Hymn. Quem terra. cxiij.

In Nocturno, Añæ et Psalmi dicuntur: ut in Festis B. M., scilicet:

Feria ij, et v, ut in j. Nocturno. cxlij.

Feria iij, et vj, ut in ij. Nocturno. cxliij.

Feria iv, et Sabbato ut in iij. Nocturno. cxlvij.

Diffusa est grãtia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in æternũ.

R. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

Absolutio.

PRECIOSUS et mèritis beate Mariæ semper virginis, et omnium Sanctõrum, perducit nos Dñm ad regna cõlorum. Amen.

Jube domne benedicere. Benedictio. Nos cum prole pia benedicti virgo Mariæ, Amen.

LECTIO j. Eccl. 24.

In omnibus requiem quaesivi, et in hereditate Dñmi morabor. Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium: et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, et dixit mihi: In Jacob inhabita, et in Israel hereditare, et in electis meis mitte radices. Tu autem Dñmine,

Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus esseram, nescio: Quia quem celi capere non poterant, tuo gremio contulisti. Benedicta tu

in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Quia. *¶* Jube domne benedicere. *Bened.* Ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dñm. *¶* Amen.

Lectio ij.

Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine Sanctorum detentio mea. Tu autem Domine.

¶ Beata es virgo Maria, quæ Dominum portasti Creatorem mundi: *¶* Genuisti qui te fecit, et in æternum permanes virgo. *¶* Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Genuisti. *¶* Jube domne benedicere. *Benedictio.* Per Virginem Matrem concede nobis Dominus salutem et pacem. *¶* Amen.

Lectio iij.

Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rose in Jericho. Quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum, et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. Tu autem Domine,

¶ Felix namque es, sacra virgo Maria, et omni laude dignissima: *¶* Quia ex te ortus est sol justitiæ, *¶* Christus Deus noster. *¶* Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicunque celebrant tuam sanctam commemorationem. Quia. Gloria Patri. Christus.

AD LAUDES.

¶ Deus in adiutorium. *¶* Domine ad adjuvandum. Gloria Patri. Sicut erat. Alleluia.

Antiphona.

1. Assumpta est *¶* Maria in caelum, gaudent Angeli, laudantes benedictum Dominum.

Psalmus. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica. 48.

2. Maria virgo *¶* assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex regno stellato sedet solio. 3. In odorem *¶* unguentorum tuorum currimus, adolescentula dilexerunt te nimis.

4. Benedicta *¶* filia tu a Domino: quia per te fructu vite communicavimus.

5. Pulchra es, *¶* et decora filia Jerusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata.

Capitulum. Cant. 6. c.

Viderunt eam filiae Sion, et beatissimam prædi-

caverunt: et regina laudaverunt eam. *¶* Deo gratias.

Hymn. O gloriosa. clj. *¶* Benedicta tu in mulieribus. *¶* Et benedictus fructus ventris tui.

Ad Benedictus. Añ. Beata Dei Genitrix Maria, *¶* virgo perpétua, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti Domino nostro Jesu Christo: ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu.

Kyrie eleison. *¶* Christe eleison. *Kyrie eleison.* *¶* Dominus vobiscum. *¶* Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Deus, qui de beata Maria virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis, ut, qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. *¶* Amen.

Pro Sanctis. Añ. Sancti Dei, ut supra. clj.

AD PRIMAM.

Ave Maria, etc. ¶ Deus in adiutorium.

Hymnus. Memento. clvj. *Añ.* Assumpta est.

Psalmi de Psalterio. Deus in nomine tuo. 34. Benedixisti Domine. 105.

Laudate Dominum omnes gentes. 156. *Añ.* Assumpta est Maria in caelum,

gaudent Angeli, laudantes benedictum Dominum.

Capitulum. Cant. 6. c. **Q**uis est ista, quæ prodreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? *¶* Deo gratias.

¶ Dignare me laudare te, Virgo sacra. *¶* Da mihi virtutem contra hostes tuos. *Kyrie eleison.* *¶* Christe eleison. *Kyrie eleison.* *¶* Dominus vobiscum. *¶* Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Deus qui virginalem aulam beatae Mariae, in qua habitares, eligere dignatus es: da quasumus; ut sua nos defensione munitos, juctandos facias suæ interesse commorationi. Qui vivis.

AD TERTIAM.

Ave Maria, etc. ¶ Deus in adiutorium.

Hymn. Memento. clvj. *Añ.* Maria virgo.

Psalmi. Ad Dominum cum tribularem. 156. *¶* Levavi oculos meos. 156. *¶* 1. a. tatus sum. 459.

Añ. Maria virgo assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio.

Psalmi de Psalterio. *Capitulum. Eccli. 24. b.*

Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. *¶* Deo gratias.

Diffusa est grãtia in lá-
biis tuis. **R.** Propterea be-
nedixit te Deus in æter-
num. **Kyrie eleison.** **C.** hriste
eleison. **Kyrie eleison.** **V.**
Dóminus vobiscum. **R.** Et
cum spiritu tuo.

Oratio.

Deus, qui salútis æter-
næ, beatæ Mariæ vir-
ginitate fecúnda, humano
géneri præmia præstitisti:
tribue quæsumus; ut ipsâ
pro nobis intercédere sen-
tiámus; per quam meriti-
mús auctórem vitæ susci-
pere, Dóminum nostrum
Jesum Christum Filium
tuum: Qui tecum vivit.

AD SEXTAM.

Ave Maria, etc. R. Deus in
adjutorium.

Hymn. Memento. clvj.
Añã. In odórem.

Psalmi. Ad te levavi ócu-
los meos. 459. Nisi quia
Dóminus. 140. Qui confi-
dunt in Dómino. **ibid.**

Añã. In odórem unguen-
torum tuórum cûrrimus,
adolescéntulæ dilexérunt
te nimis.

Capitulum. Eccli. 24. b.

Et radicavi in pópulo ho-
nóricato, et in parte
Dei mei heréditas illius, et
in plenitúdine Sanctórum
deténtio mea. **R.** Deo grã-
tias.

**Benedicta tu in muliéri-
bus. R.** et benedictus fruc-
tus ventris tui. **Kyrie elei-
son.** **C.** hriste eleison. **Kyrie
eleison.** **V.** Dóminus vobis-
cum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oratio.

CONCEDE, misericors
Deus, fragilitati no-
stræ præsidium: ut, qui
sanctæ Dei Genitricis me-
móriam ágimus; inter-
cessiónis ejus auxilio, a
nostris iniquitatibus re-
surgámus. Per eúdem
Dóminum.

AD NONAM.

Ave Maria, etc. R. Deus
in adjutorium.

Hymn. Memento. clvj.
Añã. Pulchra es.

Psalmi. In converténdo.
140. Nisi Dóminus. 141.

Beati omnes. **ibid.**

Añã. Pulchra es, et de-
córa filia Jérúsalem: ter-
ribilis in castrórum ácies
ordinata.

Capitulum. Eccli. 24. b.

In platéis; sicut cinna-
mómum; et bálsamum
aromatizans odórem dedi-
quasi myrtha electa dedi
suavitatem odóris. **R.** Deo
grãtias.

V. Post partum Virgo in-
violata permansisti. **C.** Dei
Genitrix intercède pro no-
bis. **Kyrie eleison.** **C.** hriste
eleison. **Kyrie eleison.** **V.**
Dóminus vobiscum. **R.** Et
cum spiritu tuo.

Oratio.

FAMILIARUM tuórum,
quæsumus Dómine,
delictis ignosce: ut, qui
tibi placere de áclibus no-
stris non valémus; Geni-
tricis Filii tui Dómini no-
stri intercessióne salvé-
mur. Qui tecum vivit.

**OFFICIUM B. MARIE
in Adventu.**

**Ad Vesperas Añæ et
Capit. de Laud. Psalmi ut
in Festis B. M. cxxxvij.**

**Hymnus. Ave maris
stella. cxl. V.** Diffusa. clj.

Ad Magnificat, Añã.
Spiritus sanctus * in te
descéndet María: ne tí-
meas, habébis in útero
Fílium Dei, allelúia. **Kyrie
eleison.** **C.** hriste eleison.
Kyrie eleison. **V.** Dóminus
vobiscum. **R.** Et cum spi-
ritu tuo.

Oratio.

Deus, qui de beatâ Ma-
riæ virginis útero Ver-
bum tuum, Angelo nun-
tianté, carnem suscipere
voluisti: præsta supplici-
bus tuis; ut, qui vere
eam genitricem Dei cré-
dimus, ejus apud te inter-
cessiónibus adjuvémur.
Per eúdem Christum
Dñum nostrum. **R.** Amen.

**Hæc Oratio dicitur ad
omnes Horas, sed cum
conclusionone integre, scilicet:**
Per eúdem Dómi-
num nostrum Jesum Chri-
stum Filium tuum: qui
tecum vivit et regnat, etc.

**Pro Sanctis ad Vesp. et
Laudes tantum, Añã.** Ecce
Dóminus véniet, et omnes
Sancti ejus cum eo: et
erit in die illa lux magna,
allelúia. **V.** Ecce apparebit
Dóminus super nubem
candidam. **R.** Et cum eo
Sanctórum millia.

PARS HIEMALIS.

Oratio.

CONSICIENTIAS nostras,
quæsumus Dómine,
visitádio purifica: ut vé-
niens Jesus Christus Fílius
tuus Dóminus noster cum
ómnibus Sanctis, parátam
sibi in nobis invéniat mansi-
onem. Qui tecum vivit.

**Ad Completorium, Psalmi,
et Hymnus ut ante
Adventum. clvj.**

Capitulum. Isaia 7. c.

Ecce virgo concipiet, et
pariet filium, et vocábitur
nomen ejus Emmanu-
el. Butyrum et mel
cómedet, ut sciat repro-
bare malum, et eligere
bonum. **V.** Angelus Dómi-
ni nuntiávit Mariæ. **R.** Et
concepit de Spirítu sancto.

Ad Nunc dimittis, Añã.

Spiritus sanctus * in te
descéndet María: ne tí-
meas, habébis in útero
Fílium Dei, allelúia. **Kyrie
eleison.** **C.** hriste eleison.
Kyrie eleison. **V.** Dóminus
vobiscum. **R.** Et cum spi-
ritu tuo.

Oratio. Deus, qui de
beatæ, ut supra.

**Ad Matutinum, omnia
dicuntur sicut extra Ad-
ventum, præter tertiam
Añam iij. Noct. Post partum,
cujus loco dicitur,
Añã.** Angelus Dómini nun-
tíavit Mariæ, et concepit
de Spirítu sancto, allelúia.

Lectio j. Luca 1. c.

Missus est Angelus Gá-
briel a Deo in civitá-

tem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave grâtia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Tu autem.

¶ Missus est Gabriel Angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum: et expavescit virgo de lumine. Ne timeas Mariâ, invenisti gratiam apud Dominum: * Ecce concipies et paries, et vocabitur Altissimi Filius. **¶** Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in ætænum. Ecce.

Lectio ij.

Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Mariâ, invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: et regnabit in domo Jacob in ætænum, et regni ejus non erit finis. Tu autem.

¶ Ave Maria, grâtia plena: Dominus tecum * Spiritus sanctus super-

veniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei. **¶** Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur stérilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Mariâ: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Tu autem Domine.

Lectio iij.

Dixit autem Mariâ ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur stérilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Mariâ: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Tu autem Domine.

¶ Suscipe verbum, virgo Maria, quod tibi a Domino per Angelum transmissum est: concipies et paries Deum pariter et hominem: * Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. **¶** Paries quidem filium, et virginitatis non patieris detrimentum: efficietis grâvida, et eris mater semper intacta. Ut Glória Patri. Ut.

AD LAUDES, et per Horas, Añs.

1. Missus est * Gabriel Angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliq. 18. **2.** Ave Maria, * grâtia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, alleluia. **3.** Ne timeas Mariâ, * invenisti gratiam apud Dominum: ecce concipies et paries filium, alleluia. **4.** Dabit ei Dominus * sedem David patris ejus, et regnabit in ætænum. **5.** Ecce ancilla Domini, * fiat mihi secundum verbum tuum.

Capitulum. Isaia 11.

Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Domini.

Hymnus. O gloriôsa.

clj. **¶** Benedicta tu in mulieribus. **¶** Et benedictus fructus ventris tui.

Ad Benedictus, Añs.

Spiritus sanctus, cum Oratione et reliquis ut supra ad Vesperas.

Ad Horas, Hymni et Psalmi dicuntur sicut ante Advent. clx.

Ad Primam, Añs.

Missus est. **Capitulum. Isaia 7. c** Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emma-

nuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

¶ Dignare me laudare te, Virgo sacrata. **¶** Da mihi virtutem contra hostes tuos. **Kyrie eleison, etc. ut clj.**

Ad Tertiam, Añs.

Ave Maria. **Capitulum.** Egredietur virga, ut supra.

¶ Diffusa est grâtia in labiis tuis. **¶** Propterea benedixit te Deus in ætænum. **Kyrie eleison, etc. ut clj.**

Ad Sextam, Añs.

Ne timeas Mariâ. **Capitulum. Luca 1. d**

Dixit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: et regnabit in domo Jacob in ætænum, et regni ejus non erit finis.

¶ Benedicta tu in mulieribus. **¶** Et benedictus fructus ventris tui. **Kyrie eleison, etc. ut clj.**

Ad Nonam, Añs.

Ecce ancilla Domini. **Capitulum. Isaia 7. c**

Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

¶ Angelus Domini nuntiavit Mariæ. **¶** Et concepit de Spiritu sancto. **Kyrie eleison, etc. ut clj.**

POST NATIVITATEM usque ad Purificationem inclusive, Officium B. Mariæ dicitur ut supra extra Advent., exceptis his que sequuntur.

Ad Vesperas Añæ de Laud. Psalmi ut in Festis B. Mariæ. cxxviiiij.

Ad Magnificat, et ad Nunc dimittis, Añæ. Magnum * hereditatis mysterium : templum Dei factus est uterus nescientis virum : non est pollutus ex ea carnem assumens : omnes gentes venient, dicentes : Glória tibi Dómine.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. O admirabile commercium ! * Creator generis humani, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus es : et procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem. *Psalmus.* Dóminus regnavit, cum reliquæ Dñicæ. 18.

2. Quando natus es * ineffabiliter ex Virgine, tunc impléta sunt Scripturæ : sicut pluvia in vellus descendisti, ut salvum faceres genus humanum : te laudamus Deus noster.

3. Rubum, quem viderat * Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virgi-

nitatem : Dei genitrix intercede pro nobis.

4. Germinavit radix Jesse, * orta est stella ex Jacob. Virgo peperit Salvatorem : te laudamus Deus noster.

5. Ecce Mariá genuit * nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit, dicens : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluia.

Ad Benedictus, Añæ. Mirabile mysterium * declaratur hodie : innovantur naturæ, Deus homo factus est : id quod fuit, permansit, et quod non erat, assumpsit : non commixtionem passus, neque divisionem. *Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison.* * Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oratio.

D EUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti : tribue quesumus ; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dóminum nostrum.

Sic dicitur ad omnes Horas, et in eis additur. Qui tecum vivit et regnat, etc.

Reliquum Officium, ut supra extra Adventum.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Dicitur extra tempus Paschale prima cujusque mensis die, non impedita Festo novem Lectionum, alioquin alia sequenti die similiter non impedita. In Adventu autem et Quadragesima, Feria ij. cujuslibet Hebdomadæ similiter non impedita, præterquam in Majori Hebdomadæ. In Choro dicitur post Officium diei, id est, Vesperas post Vesperas, et Matutinum post Laudes diei, nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum : extra Chorum vero pro opportunitate temporis.

Ad Vesperas absolute incipitur ab Añæ. Placêbo Dómino.

Psalmus 114.

D ILEXI, quóniam exaudivit Dóminus * vocem orationis meæ. Quia inclinavit aurem suam mihi : * et in diebus meis invocabo.

Circumdedérunt me dolores mortis : * et pericula inférni invenérunt me. Tribulationem et dolorem invéni : * et nomen Dómini invocavi.

Dómine, libera animam meam, * misericors Dóminus, et justus, et Deus noster miseretur. Custodiens parvulos Dóminus : * humiliatus sum, et liberavit me.

Convertere anima mea in requiem tuam : * quia Dóminus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, * oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu. Placêbo Dómino * in regione vivorum.

In fine omnium Psalmorum dicitur :

Requiem æternam * dona eis Dómine. Et lux perpétua * luceat eis.

Añæ. Placêbo Dómino in regione vivorum.

Añæ. Hei mihi Dómine. Psalmus 119.

Ann Dóminum cum tribulärer clamavi : * et exaudivit me. Dómine libera animam meam a labiis iniquis, * et a lingua dolosa. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, * ad linguam dolosam ?

Sagittæ potentis acutæ,
* cum carbõnibus desolatõris.

Neu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: * multum incolata fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: * cum loquebar illis, impugnabam te gratis.

Réquiem æternam.
Añã. Hei mihi Dómine, quia incolatus meus prolongatus est.

Añã. Dóminus custodit te.

Psalmus 120.

LEVAVI oculos meos in montes, * unde veniet auxillium mihi.

Auxilium meum a Dómino, * qui fecit cælum et terram.

Non det in commotiõnem pedem tuum: * neque dormitet qui custodit te.

Ece non dormitabit, neque dormiet, * qui custodit Israel.

Dóminus custodit te, Dóminus protectio tua * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus custodit te ab omni malo: * custodiat animam tuam Dóminus. Dóminus custodiat intrõitum tuum, et exitum tuum * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Réquiem æternam.

Añã. Dóminus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dóminus.

Añã. Si iniquitates.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Dómine: * Dómine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Dómine: * Dómine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * et propter legem tuam sustinui te Dómine. Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Dómino.

A custodia matutina usque ad noctem: * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericordia: * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex ómnibus iniquitatibus ejus.

Réquiem æternam.

Añã. Si iniquitates observaveris Dómine, Dómine quis sustinebit?

Añã. Opera.

Psalmus 157.

CONFITEBOR tibi Dómine in toto corde meo: * quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelõrum psallam tibi: * adorabo ad templum sanctum

tuum, et confitebor nómini tuo.

Super misericordia tua, et veritate tua: * quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exaudi me: * multiplicabis in anima mea virtutem.

Constitute tibi Dómine omnes reges terræ: * quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in vis Dómini: * quoniam magna est glória Dómini.

Quoniam excelsus Dóminus, et humilia respicit: * et alta a longe cognoscit.

Si ambulávero in medio tribulationis, vivificabis me: * et super iram inimicõrum meõrum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

Dóminus retribuet pro me: * Dómine misericordia tua in sæculum: * opera manuum tuarum ne despicias.

Réquiem æternam.

Añã. Opera manuum tuarum Dómine ne despicias.

7. Audívi vocem de cælo dicentem mihi. 8. Beati mórtui, qui in Dómino moriuntur.

Ad Magnificat. Añã. Omne, * quod dat mihi Pater, ad me venit: et eum qui venit ad me, non ejiciam foras.

Preces infrascriptas dicuntur flexis genibus, similiter et ad Laudes. Pater noster, secreto. 9. Et ne nos inducas in tentationem. 10. Sed libera nos a malo.

Sequens Psalm. Lauda animã meã, in Vesperis, similiter et Psalmus. De profundis, in fine Laudum, non dicuntur in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, neque in die obitus, seu depositionis Defuncti. Altas semper dicuntur.

Psalmus 145.

LAUDA animã meã Dóminum, laudabo Dóminum in vita meã: * psallam Deo meo quãndiu fuero.

Nolite confidere in principibus: * in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, et revertetur in terrã suã: * in illa die peribunt omnes cogitationes eõrum.

Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsius: * qui fecit cælum et terram, mare, et omnia, quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæculum, facit iudicium injuriis patientibus: * dat escam esuriëntibus. Dóminus solvit compeditos: * Dóminus illudavit cæcos.

Dóminus erigit elisos, *
Dóminus diligit justos.
Dóminus custódit adve-
nas, pupillum, et viduam
suscipiet: * et vias pec-
catórum disperdet.
Regnabit Dóminus in sæ-
cula, Deus tuus Sion, *
in generatióem et gene-
ratióem.

In fine Psalmi, R. *équiem*
atérnam * dona eis Dó-
mine.

Et lux perpétua * lú-
ceat eis.

Deinde §. A porta inferi.
R. Erue Dómine, animas
eorum. V. Requiescant in
pace. R. Amen. V. Dómine
exaudi oratióem meam.
R. Et clamor meus ad te
veniat. V. Dóminus vobis-
cum. R. Et cum spiritu
tuo.

Oratio.

Deus, qui inter Apostó-
licos sacerdotes, fá-
mulos tuos pontificáli,
seu sacerdotáli fecisti
dignitatem vigere: presta
quæsumus; ut eórum
quoque perpétuo aggre-
genter consórtio.

Deus, vénia largitor, et
humána salútis amá-
tor: quæsumus clemén-
tiam tuam; ut nostræ
congregatiónis fratres,
propinquos, et benefactó-
res, qui ex hoc sæculo
transierunt, beata María
semper virgine interce-
dente cum omnibus Sanctis
tuis, ad perpétuam

beatitúdinis consórtium
pervenire concedas.

FIDELIUM Deus omnium
Cónditor et Redemptor,
animábus famulórum fa-
mularúmque tuárum rem-
missiõem cunctórum tri-
bue peccatórum: ut in-
dulgentiam, quam semper
optavérunt, piis supplica-
tióibus consequantur.
Qui vivis et regnas in sæ-
cula sæculórum. Amen.
In die vero Commemo-
ratiónis omnium Fidelium
Defunctorum, quando di-
citur hæc ultima tantum
Oratio, dicitur Qui vivis
et regnas cum Deo Patre
in unitate Spiritus sancti
Deus, per omnia sæcula.
In die depositionis De-
functi. Oratio.

ABSOLVE, quæsumus
Dómine, animam fá-
muli tui N. ut defunctus
sæculo tibi vivat: et quæ
per fragilitatem carnis
humána conversatióne
commisit, tu vénia mise-
ricordissimæ pietátis asse-
rge. Per Dóminum.

Si fuerit femina, dicitur
animam famulæ tuæ N.
ut defuncta.

In Anniversario die.
Oratio.

Deus indulgentiárum Dó-
mine: da animábus
famulórum famularúm-
que tuárum, quorum an-
niversárium depositióis
diem commemorámus, re-
frigerií sedem, quietis
beatitudinem, et lúminis

claritatem. Per Dóminum
nostrum.

Si pro uno tantum fit
Anniversarium, dicitur in
singulari numero.

Pro uno Episcopo de-
functo. Oratio.

Deus, qui inter Apostó-
licos sacerdotes famu-
lum tuum N. pontificáli
fecisti dignitatem vigere:
presta quæsumus; ut eó-
rum quoque perpétuo ag-
gregetur consórtio. Per
Dóminum.

Si fuerit Sacerdos, di-
catur sacerdotáli fecisti,
etc.

Pro fratribus vero, et
familiaribus, vel benedi-
ctoribus, dicitur Oratio.
Deus vénia largitor, ut
supra.

Pro patre et matre.

Oratio.

Deus, qui nos patrem
et matrem honorare
præcepisti: miserere cle-
menter animábus patris
ac matris meæ, eorúm-
que peccáta dimitte: me-
que eos in atérnae clari-
tátis gáudio fac videre.
Per Dóminum nostrum.

Si fit pro pluribus, di-
catur animábus patrén-
tum nostrórum, et ubi
dicitur meque, dicitur
nosque.

Si pro patre tantum, di-
catur animæ patris mei;
vel nostri.

Si pro matre tantum,
dicitur animæ matris
meæ, vel nostræ.

PARS HIEMALIS.

Pro uno Defuncto.
Oratio.

INCLINA, Dómine, aurem
tuam ad preces no-
stras, quibus misericór-
diam tuam supplices de-
precámur: ut animam
famuli tui, quam de hoc
sæculo migrare iussisti,
in pacis ac lucis regiõe
constituas, et Sanctórum
tuórum júbeas esse con-
sórtem. Per Dóminum.

Pro una defuncta.
Oratio.

QUÆSUMUS Dómine, pro
tua pietate miserere
animæ famulæ tuæ:
et a contagiis mortifíctis
exítam, in atérnae sal-
vatiónis partem restituat.
Per Dóminum.

Requiem atérnam dona
eis Dómine. R. Et lux per-
pétua lúceat eis.

Requiescant in pace.
R. Amen.

Ad Matutinum, Invitat.

Regem, cui omnia vivunt,
* Venite adoremus. Psalm.
Venite, exultémus. 2.

Et in fine, Requiem
atérnam dona eis Dómi-
ne: et lux perpétua lú-
ceat eis.

Hoc Invitatorium dicitur
tantum in die Commemo-
ratiónis omnium Fidelium
Defunctorum, et in die
depositionis Defuncti:
quibus diebus dicuntur
tres infrascripti Nocturni,
et Aliæ duplicantur. Alias
temporibus dicitur tan-
tum unum Nocturnum.

cum Laudibus, hoc ordine: Feria ij. et v. primam Nocturnum : Feria iij. et vj. secundum Nocturnum : Feria quarta, et Sabbato, tertium Nocturnum.

IN I. NOCTURNO.

Pro Feria ij. et v. Añã. Dirige.

Psalmus 5.

VERBA mea aëtribus pèr-
cipe Dómine, * intél-
lige clamórem meum.
Inténde voci oratiónis
meæ: * Rex meus, et Deus
meus.

Quóniam ad te orábo: *
Dómine, mane exaudies
vocem meam.

Mane astábo tibi, et vi-
debo: * quóniam non
Deus volens iniquitatem
tu es.

Neque habitábit iuxta te
malignus: * neque per-
manébunt injústi ante
óculos tuos.

Ódisti omnes, qui ope-
rántur iniquitatem: *
perdes omnes, qui lo-
quúntur mendácium.

Írum sánguinem et dol-
lósum abominábitur Dó-
minus: * ego autem in
multitúdine misericórdiæ
tuæ.

Introibo in domum tuam: *
adorábo ad templum san-
ctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in ju-
stítia tua: * propter ini-
micos meos dirige in con-
spéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore

eórum veritas: * cor eó-
rum vanum est.

Sépúlchrum patens est
guttur eórum, linguis suis
dolóse agébant, * júdica
illos Deus.

Décidant a cogitatiónibus
suis, secúndum multi-
túdinem impietátum eó-
rum expelle eos: * quón-
iam irritavérunt te Dó-
mine.

Et laténtur omnes, qui
sperant in te, * in æter-
num exultábunt, et habi-
tábis in eis.

Et gloriabúntur in te om-
nes, qui diligunt nomen
tuum, * quóniam tu be-
nedices justo.

Dómine, ut scuto bona
voluntátis tuæ * coronásti
nos.

Réquiem ætérnam.

**Añã. Dirige Dómine Deus
meus in conspéctu tuo
viam meam.**

Añã. Convertere.

Psalmus 6.

DÓMINE, ne in furóre tuo
dárguas me, * neque in
ira tua corripias me.

Miserere mei Dómine, quón-
iam infirmus sum: *
sana me Dómine, quóniam
conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est
valde: * sed tu Dómine
úsquequo?

Convertere Dómine, et
éripe ánima meam: *
salvum me fac propter mi-
sericórdiam tuam:

Quóniam non est in morte
qui memor sit tui: *

in inférno autem quis con-
sitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo,
lavábo per singulas noc-
tes lectum meum: *
lácrymis meis stratum
meum rigábo.

Turbátus est a furóre
óculus meus: * invete-
rávi inter omnes inimicos
meos.

Discédite a me omnes
qui operámini iniquitá-
tem: * quóniam exaudi-
vit Dóminus vocem fletus
mei.

Exaudívit Dóminus depre-
catióem meam, * Dó-
minus oratiónem meam
suscepit.

Erubescant, et contur-
béntur veheménter omnes
inimici mei: * convertán-
tur et erubescant valde
velóeiter.

Réquiem ætérnam.

**Añã. Convertere Dómine,
et éripe ánima meam:
quóniam non est in mor-
te qui memor sit tui.**

Añã. Nequándo.

Psalmus 7.

DÓMINE Deus meus in te
sperávi: * salvum me
fac ex ómnibus persequén-
tibus me, et libera me.

Nequándo rápiat ut leo
ánima meam, * dum
non est qui rédimat, ne-
que qui salvum faciát.

Dómine Deus meus, si
fecisti istud, * si est iniqui-
tas in máibus meis:

Si réddidi retribuéntibus
míhi mala, * decídama

mérito ab inimicis meis
inánis.

Persequátur inimicus áni-
mam meam, et compre-
hendat, et concédet in
terra vitam meam, * et
glóriam meam in pulve-
rem dedúcat.

Exúrge Dómine in ira
tua: * et exáltare in fini-
bus inimicórum meórum.

Et exúrge Dómine Deus
meus in præcepto quod
mandásti: * et synagoga
populórum circúmdabit
te.

Et propter hanc in altum
regredere: * Dóminus jú-
dicat pópulos.

Júdica me Dómine secúndum
justítiam meam, *
et secúndum innocéntiam
meam super me.

Consumétur nequítia pec-
catorum, et diriges ius-
tum, * scrutans corda et
renes Deus.

Iustum adjútorium meum
a Dómino, * qui salvos
facit rectos corde.

Deus iudex justus, for-
tis, et pátiens: * num-
quid iráscitur per singu-
los dies?

Nisi conversi fuéritis, glá-
dium suum vibrábit: *
arcum suum teténdit, et
parávit illum.

Et in eo parávit vasa mor-
tis, * sagittas suas ar-
dentibus effécit.

Ece partúrit in iusti-
tiam: * concepit dolórem,
et péperit iniquitatem.